

CONCIO
DE RESVRRE-
CTIONIS CHRISTI
INEFFABILI SACRAMENTO.

Per Franciscum Iohannem Nauarro Valentinum prima
Philosophiæ laurea insignitum, & sacrosanctæ
Theologiæ studiosum.

Habita in Metropolitana Ecclesia Valentina, decimo
quarto Kalendis Maij, Anno ab Orbe redempto
M. DC. XV.

*Ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D. D. F. Isidorum Aliaga
Archiepiscopum Valentini, nec non Philippi III. Hispaniarum
Regis Catholici Consiliarium dignissimum.*



VALENTIAE: Apud Iohannem Chrysoftomum
Garriz. Anno M. DC. XV.

ILLVSTRISSIMO DO-
MINO DON F. ISIDORO ALIAGA
Archiepiscopo Valentino, Regioque
Consiliario dignissimo.

Franciscus Iohannes Nauarro S.P.D.



*U*bi primum (Illustrissime Prae-
sul) mecum ipse cogitauerim, ani-
maduerterimq. haec oratiunculã,
quæ magno omnium, tum amplis-
simorum Canonorum; tum insi-
gnium Doctorum; tum ceterorum
studiosorum applausu in Metro-
politana Ecclesia Valentina fuit habita, adeo exilem,
debilem, ne nudam penitus dicam, esse, quod longe melius
secum actum foret, intra proprios se se abdere parietes,
quam in lucem (ni Syderis tui radius illustrata) prosilire;
ad fuit statim tua singularis humanitas, tantamq. in te
benignitatem, atque in colloquio perspexi affabilitatem,
ut non modo illico orationem statuerim in publicum emit-
tere, sed etiam sub augustissimo tuo nomine eam appare-
re, tuoque faelici munitam praesidio prodire decreuerim:
& licet exiguum munus sit, magnum tamen apud omnes
erit habendum, quod tanto viro fuerit consecratum. Vale.

THEMA.

*Educ de custodia animam meam ad confitendum nomi-
ni tuo: me expectans iusti, donec retribuas mihi.
Psalmo. 141.*



OST illam terris inexpertem, tremendam cælis, inauditam sæculis, & inferis non ferendam Dominicæ Passionis tempestatem: postquam Creatoris iniuriam tota fugerat creatura: postquã Domini sui necẽ mundus euitare contenderat, sciens (vt ait Chrysologus) ad totam domum vindictam

pertendere, in qua fuerit seruorum scelere dominator occisus: hoc est, quod suis se deserentibus fundamentis terra tremuit; Sol ne videret aufugit; dies ne interesset abcesit; petrae, quia non valebant discedere per naturam, nouum scinduntur per vulnus, facinus tantum sono, quia voce nõ poterant, accusantes; infernus, vbi ad se penetrare ipsum iudicẽ vidit, victus, & eiulans quos tenebat amisit: postquam denique taliter tota mundi compago confuso ordine fluctuaret, & ad primordiales tenebras, atque antiquũ chaos crederet se Auctoris sui morte deuolutam, subito Resurrectionis suæ lumine Dominus diẽ reducit, vt mox mundus ad sui recurreret Auctoris obsequium, qui ad sui diffugerat Auctoris iniuriam. Nam quis, quaeso, hominem tot suppliciiis affectum, flagellatum, illusum, & inter latrones crucifixum in Deum reciperet, aut confiteri non erubesceret, si à mortuis nõ resurgeret. Vix quidem esset, qui illum esse Deum, aut Messiam in lege promissum sibi

sua-

D. Petrus
Chrysologus serm.
78.

RESURRECTIONE.

suaderet. Quæ utilitas in sanguine meo (ait Psaltes in persona Christi) dum descendo in corruptionem? Ex hoc igitur, quod Christus Dominus post tot labores, passionem, & crucem seipsum à mortuis suscitauit, declarata est mundo eius Diuinitas, & sempiterna maiestas. Hincq. sacerrima eius Resurrectio, cū fuerit quid Diuinitatis insigne, & tardius, & difficilius cæteris nostræ redemptionis mysteriis, recepta, atq. persuasa fuit. Vnde Discipuli, post multas Christi à mortuis suscitati manifestationes ipsis factas, post multa itidem argumenta, signa, & indicia, quibus seipsum illis præbuit viuum, adhuc de illius resurrectione subdubitarunt, vt iam, Marci vltimo, in cælum ascensurus exprobrauerit illis incredulitatem ipsorum, & duritiam cordis ad credendum. Attenta tanti Sacramenti meditatio coëgit diuinum illum eundem Chrysologum ser. 81. Apostolos excusandi his verbis: Fratres, discipulos ad ista tardos, stupidos ad tanta, non perfidiæ timor, sed causæ præstitit magnitudo: visa non videre, ne scire scita, credita non credere, non incredulitas facit, sed miraculum singulare. Ergo (concludit serm. 79.) quod Apostoli dubitant, quod ista tam tarde, tanta crudelitate suscipiant, non miremur nos, qui huc vsque non credimus, sed oremus, vt de his tantum sentire mereamur, quantum dederit ille, qui diuina hominem sentire largitur. De hoc inenarrabili mysterio, & sacra huius diei celebritate annua nobis conuersione repetita dicendi est mihi onus impositum: onus re vera grauissimum, & rei magnitudine, & loci dignitate, & vestro ornatissimo consensu, quorum splendor longe clarissimus, & in tot præstantissimorum virorum solita frequentia, & ingenij mei tenuitate, præstringit oculos. Sed quantum mihi timoris affert virium imbecillitas, cuius ego mihi sum conscius, tantum & Christi benignitas, & Virginis intercessio (cuius in tutela esse mihi gloriosum duco) erigit, alacremque reddit. Et quia

Psalm. 29

Marci vltimo.

Chrysologus serm. 81.

Idem. ser. 79.

Psal. 80.

fidelis est Deus in verbis suis, qui dixit: Dilata os tuum, & implebo illud, aperiamus nūc ora nostra, vt ipse tam difficile assumptum, & laboriosum argumentum ad vltimum nos perducere faciat colophonem, Deiparæ, semperque Virginis Mariæ tribunal solita præce adeuntes, venerantes, & dicentes: Ave Maria.

THEMA.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.
Loco supra citato.



NON immerito, Antistes vigilantissime, Valentinae sedis decus, & ornamentum: Non, inquam, immerito, quoties transcurfis anni metis Dominicae Resurrectionis dies aduentat, & diuinitatis eius fulgor flâneo corusco toto orbe diffunditur, vnius plebis gremio bea-

Psal. 117.

tæ Ecclesiae nutrita fraternitas Dauidicam citharam spiritualis intelligentiae plectro, & modulatione tangens: Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea, animos nostros, & corda permulcet. Nam, vt testatur splendidissima illa eiusdem Ecclesiae lucerna, excellensq. Dei dispensator, quem, vt Patrem Augustinus, & profitebatur, & merito venerabatur, Ambrosius, sermone quodam præsentis solemnitatis, creaturas omnes ad huius diei festiuitatem David sanctus inuitat. Nam in hac die (ait sanctus Doctor) per Resurrectionem Christi aperitur tartarus, per neophytos Ecclesiae innouatur terra, Cælum per Spiritum sanctum reseratur. Apertus enim tartarus reddit mortuos, innouata terra germinat re-

D. Ambr.
tō. 3. ser.
52. de die
S. Paschæ.
In Vaticana
autem
editione
habetur.
tom. 2. in
Psal. 117.

surgen-

RESURRECTIONE.

surgentes, cælum reſeratum ſuſcipit aſcendentes. Denique aſcendit latro in paradifum, ſanctorum corpora in grediuntur in ſanctam ciuitatem, ad viuos mortui reuertuntur; & profectu quodã in Reſurrectione Chriſti ad altiora cuncta elemẽta ſe tollit. Tartarus quos habet reddit ad ſuperos; terra quos ſepelit mittit ad cælũ, cælum quos ſuſcipit repræſentat ad Dñm. Et vna, eãdemq. operatione Saluatoris reſurrectio eleuat de imis, ſuſcitat de terrenis, collocat in excelliſ. Reſurrectio enim Chriſti defunctis eſt vita, peccatoribus venia, ſanctis eſt gloria. Omnem ergo creaturam (inſert Ambroſius) ad feſtiuitatem reſurrectionis Chriſti Dauid ſanctus inuitat. Ait enim, exultandum in hac die, quam fecit Dominus, & letandum.

Exultandum vere illis eſt hodierna die, & letandum. Si quidem Chriſtus Dominus, cum in ipſo vita eſſet, ſui Reſurrectione in vitæ regnum exaltatus eſt, vt mortis, & inferni victor, iuſtitiam, ac vitam pariter omnibus largiretur æternam. Et quia Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, eiufdem mortis, ac reſurrectionis ſuæ participes per Baptiſmum, & viuam fidem nos facit, qua cum Chriſto morientes veterem hominẽ exuimus, morimurq. peccato, & carni, & ſimul cum eo viuentes Deo reſurgimus, cuius ſpiritu donamur, & noua in Chriſto creatura effici-mur. Traditus eſt, inquit D. Paulus ad Romanos 4. propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Nam etſi Paſſione, & morte ſua redemptio fuerit peracta, & ſatiſfactio pro peccato: victoria tamen aduerſus peccatum, mortem, & Sathanam triumphali eius Reſurrectione parta fuit.

Et ideo ob tam inſignis victoriæ memoriam, de rebus à Chriſto Dño præclare geſtis, Spiritu ſancto inſpirante, illam Tituli inſcriptionem, ſiue ſtilographiã, qua Pſalmus quintus decimus prænotatur, ipſi ex more venerandæ antiquitatis erexit Dauid. Continet enim Pſalmus, iuxta

Matth. 27.
Matth. 28.
Iohan. 11.

Iohan. 11.
Iohan. 11.
Iohan. 11.
Iohan. 11.

Iohan. 11.

Roman. 6.

Ephes. 4.
Roman. 6.
1. Cor. 5.
Roman. 4.

Pſalm. 15.

Matth. 28.
Marci. 16.
Iohan. 20

Beda. v. in
hom. æsti
nalibus.
homil. 1.

Lucæ. 2.

Matth. 28.

Iohann. 2.

D. Auguf
in Pfa. 65.

plerofq. Græcos explanatores, admirandam prophetiam, tanquam in columna incifam, & perpetua Scriptura dignam, quæ Saluatoris noſtri victoriam per reſurrectionem comparatam prædicat, per quam mors ipſa, & mortis pariter imperium obtinēs diabolus, finē habuerunt. Hincq. Angelus, qui in ſignū huius victoriæ apparuit, & triūphi, ſuper lapidem ſedere ab Euangeliftis ſcribitur. Neq. prætereundum (inquit Beda venerabilis) quare teſtis Dominicæ reſurrectionis Angelus ſedēs apparuerit, cum is, qui natiuitatis eius gaudium mundo euangelizabat, iuxta Paſtores ſtetiſſe legatur. Stare quippe, inquit, pugnantis eſt; ſedere autem regnantis. Recte præco reſurrectionis eius ſediſſe memoratur, vt etiam ſedendo figuraret, cum ſuperato mortis auctore, ſedem regni iam conſcendiſſe perpetui, de qua Matth. 28. Diſcipulis apparens ait: Data eſt mihi omnis poteſtas in celo, & in terra.

Hæc poteſtas, qua victor reſurgens Chriſtus, Diabolū, mortem, maledictionem inſuper, & peccatum in ſeruitutem ſubegit, haud obſcure ex illo Iohannis cap. 2. colligitur. Refert enim ſacer textus, quod ſubuertente Domino menſas numulariorum, vendentium columbas in Tēplo, & flagello illos caſtigante, cum ſtupefacti interrogarent illum, in qua poteſtate id faceret, reſpondit: Soluite Templum hoc, & poſt triduum excitabo illud. Et aduerit Euāgelifta, quod non de templo illo materiali, ſed de templo corporis ſui loquebatur. Optima quidem reſponſio. Petunt ab eo, in qua poteſtate, & auctoritate eos de domo Dei eiiciat, & reſpondet, ſoluite templum humanitatis meæ, & in tribus diebus excitabo illud. Voluit dicere, propria Dei auctoritate id factum fuiſſe. Nam argumentum potentia Domini, ſecundū quod homo factus eſt (inquit Auguſtinus Pſal. 65.) in virtute reſurrectionis apparet.

Si ergo ineffabili hoc Sacramento Chriſti diuinitas, eiusq. immēſa poteſtas hominibus eſt patefacta. Si iuxta D.

RESURRECTIONE.

Chrysoſtomum, hoc in die cum iisdē hominibus facta eſt reconciliatio, diuturnum bellum fuit diſruptum, terra cælum euafit, homines terra indigni, regno digni viſi ſunt, & noſtræ naturæ primitiæ ſuper cælos ſublatae ſunt. Si denique totius ſalutis, ac vitæ noſtræ robur, totumq. Chriſtianitatis pōdus ſuper hoc potiffimum cardine verfabatur, quid mirum ſi voluntatis deliberatæ affectum exprimendo (vt Angelicus Doctor docet) tum alibi in Scripturis, tū Regio atteſtante Propheta, ad Patrē pro ſui Reſurrectione clamauerit dicens: Educ de custodia animam meam ad conſitendum nomini tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi?

Ex titulo Pſalmi conſtat, hæc verba orationem continere Dauidis, quam ad Deū fudit, cum ob perſequeſtionē Saulis in ſpelunca latitaret. Verum cum bis in ſpelunca latitaſſe Dauid legatur: ſemel in ſpelunca Odollā, in quā venit fugiens à facie Achis Regis Gethæorum, ſicut ſcriptum eſt 1. lib. Regum cap. 22. & ſemel in ſpelunca Engaddi, quando præcidit oram chlamydis Saulis ſilenter 1. libro Regum 24. Conſonum autem apparet, juxta Lyranſententiam, Dionyſij Richelij, Caietani, Ianſenij, & aliorum, de ſpelunca Odollām potius, quam de ſpelunca deſerti Engaddi titulum Pſalmi loqui. In hac ſiquidem non erat omni deſtitutus auxilio: in ſpelunca vero Odollām in principio omnino ſolus erat, recencens illa præſentis Pſalmi verba: Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognoſceret me. Qui, antequam venirent illi de cognatione ſua, & milites quaſi quadringenti, vt notat Lyranus, has ad Deum præces fudit: Educ, inquit, Dñe de custodia animam meam, ſiue de ſpelunca iſta, & carcere ſaluum me educito, eo vt ego liberatus gratias tibi referā & celebrem nomen tuum. Quaſi dixerit Propheta: Nolo me liberare, niſi, vt poſſim te publice celebrare, & gratias agere: malo hic perire, quam ſi liberatus fui poſtea obli-

D. Chryſ.
in Pſ. 147.

D. Tho. 3.
p. 9 21. ar.
1. in corpo
re.

1. Reg. 22
1. Reg. 24
LXXII

1. Reg. 22

1. Reg. 24
Lyranus.
Diony. Ri
cheli, Cai
etanus, Iu
ſenius.

Lyranus.

D. Auguſt.
1. Reg. 24
1. Reg. 24
1. Reg. 24

CONCIO DE XPI.

Hebraicū.

2. Reg. 5.
1. Paralip.
11.
LXXII.

Genebrar.
in Ps. 141.

Psalms. 4.

D. Auguf.
in Psalm.

Hebraica.
Aquila.
Tralatio
D. Hiero.
Euthy. in
Psalm.

D. Auguf.
vel Auc-
tor Solilo-
quiorum
cap. 35.

uiscar. Nam & iusti id sperant: si non mea causa, at propter iustos id effice, qui hoc expectāt. Hebraice est: In me coronabunt iusti; ita vt sensus sit: Propter hoc beneficiū, quod à te obtinebo, imponent me iusti tanquam coronā capitibus suis, & dicent; non ne Dauidem, quia filius est soli Deo, liberauit Dominus de manu Regis, & populi persequentis? Voluit dicere; producēt me in insigne quoddā exemplum, qui ereptus sim à Deo de presentissimo periculo: gloriabūtur tanquam diademate, & corona insigni de mea salute. Aliqui: Me coronabunt iusti, vertunt, alludentes ad historiā 2. lib. Reg. cap. 5. & 1. Para. 11. quādo seniores de omnib⁹ tribubus Israēl cū in Regē vngerūt. Septuaginta vero duobus: Me expectant iusti, dictū. Nam verbū כתר Chitthar, apud Hebræos, etsi præsertim apud Syros (vt notat Genebrardus) expectare etiam significat.

Verissimile autem fit, his verbis Dauid suam postulasse cū Christo resurrectionem, propter certissimam ipsius spem, de qua Psalmo 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam; quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Ipsa non frustratum tradiderunt permulti sancti Patres.

Quidam vero, inter quos D. Augustinus, per custodiā, mundū, vel corpus hoc corruptibile, in quo veluti in carcere multis pleno miseris spiritus inhabitat, intelligentes, vertūt, vt est in Archetypo, Aquila, referēte Theodorito, tralationeq. D. Hierony. Educ de carcere animā meā. Custodiam enim, ait Euthymius, per saepe carcerem appellamus. Ab hoc ergo corporis, siue mūdi ergastulo Dauid, siue quilibet iustus in grauib⁹ angustiis positus, vt suum educat spiritum à Deo humiliter exposcit. Audiamus D. Auguf. in Soliloquiis animæ ad Deū, vel Auctorem nomine illius, cap. 35. hoc ipsum à Deo postulantem: Veni, inquit, lux mea, redemptor meus, educ de carcere animam meam ad confitendū nomini sancto tuo. Quam diu miser

iacta-

RESURRECTIONE.

factabor in fluctibus mortalitatis meae? Quemadmodum etiam, Seraphicum Patrem Beatum Franciscum, in suprema vitæ hora iam iam Deo redditurum omnibus virtutibus benefragrantē spiritum, legimus, totum hunc Psalmū à capite vsq. ad calcem perlegisse, atq. ita voce vltima dicentem: Educ de custodia animam meam ad confitendū nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi, beatam animam in Patris sinum exhalasse.

Contra hęc nostri thematis opinor vela, vt reliquo cursu breuiter confecto, portum, quo me festinare vestra iubet humanitas, quam primum attingat oratio. Omnes fere quotquot sunt sancti Patres, & ingenij perspicacitate insignes expositores, hęc verba, & totum pœne Psalmum, patheticam quandam Christi Dñi ad Patrem orationem continere, pleno ore confitentur. Nam si simplex (vt verbis vtar Hilarij,) secundum David gesta sensus esset, oratio tantum Psalmi titulo fuisset inscripta. Sed quia ad orationis cognitionem spirituali intelligentia opus esset, iccirco, intellectus oratio, quia sit intelligenda præscribitur. Scimus enim, inquit Hilarius, esse & illum David, cuius tabernaculum, quod ceciderat, excitatum est, iustum orientem regnantem, id est Domum nostrum Dei filiū, qui frequenter fugerit, frequenter latuerit, frequenter orauerit. In ipso quoq. tempore Passionis, & fleuerit, & ad Deum in tribulatione clamauerit, non ob naturalem quasi Passionis metum, sed affectum hominis, quem gerebat, ostendēs, vt per hanc orationem, & filius Dei, ad quem oraret, & ipse nō simulatis homo, sed verus posset intelligi. Eius itaq. esse hęc intelligitur oratio: David quidem in spelunca loquitur, sed prophetat in Christo: David fugit, sed fugā domini sui, non tā per verba, quā per fugā prophetat: David spiritu defecit, sed & Dñi; Tristis est anima mea vsque ad mortē: David semitas Deus cognoscit, sed & Filiū nemo nouit nisi Pater: David in fidei inuēiis laquei abscoī sunt,

D. Fran-
ciscus.

D. Hilari-
in Psalm.

Matth. 16
Matth. 11

CONCIO DE XPI.

Dño quoq. in prædicationis suæ cursu ubiq. parantur insi-
dia. Hic in spelūca orat, ille orat in corpore. Seruus Dñm
prophetat Christum. David iste illum David omnium pas-
sionum prophetat exemplo. Atq. ideo hæc non tam de se
ipso, quã de Domino per David dicta intelligitur oratio.

Cum ergo verba ista, vt à Christo Dño prolata accipi-
mus, potest, custodia, cum Ruperto, & aliis, eius pas-
sibilis caro merito interpretari. Ex sacra etiam Scripturæ fec-
cunditate grauisissimi quidam interpretes librum Patrū,
custodiam intellexerunt. Opportunius vero, iuxta D. Hi-
larium, D. Augustinum, Commentarium, qui circumfer-
tur nomine D. Hieronymi, Cassiodorum, Remigiū, Tite-
manum, & plures alios, quos videre contigit, hæc verba
Christus Dñs pro sui corporis resurrectione ad Patrē ca-
lestem refert dicens: Educ de custodia animam meam. Ex
sacro fonte verti potest: Exire fac de clausura vitam, siue
cadauer meum. Anselmus Laudunēsis, Educ de sepulchro
carnem animæ reddendam, dixit. Augustinus vero, spelū-
cam illam, de qua Psalmi inscriptio, custodiam dictā exi-
stimat, ac si diceret Christus: Educ, o Pater, de hac spelun-
ca corpus meum. Pulcre autem, quia pro sepulchris, apud
Hebræos, spelunca quædam habebantur. Sicut de Iacob
Genesis vltimo scriptum est, quod sepelierunt eum in spe-
lunca duplici, quam emerat Abraham cum agro, in pos-
sessionem sepulchri, ab Ephron Hethæo, contra faciem
Mambre. Et D. Iohannes de Lazari resurrectione cap. 14.
mentionē faciens, sic scribit: Iesus ergo fremens in semeti-
pso venit ad monumentum, erat autē spelunca. Huc mag-
ni facit, quod diligens ille terræ sanctæ indagator, testisq.
ocularis Brocardus sepulchrum Dominicum describens,
in spelunca contineri, asseuerat.

De hac ergo spelunca, & sepulchro de petra exciso, &
custodibus munito corpus suum sacratissimum educi, ani-
maq. in limbo esistenti reuiri, à Patre efflagitat dicens:

Ecce

Rupertus
in Psalm.

D. Hilari.
D. Augus.
Commēt.
nomine D.
Hic. Cas-
siodor. Re-
migijs, Ti-
telmanus.

Ansel. Lau-
dunensis.
D. Augus.

Genes. vlt.

Iohan. 11.

Brocardus

RESURRECTIONE.

Ecce Pater omnipotens Filium tuum vnigenitum, qui super liquidas equoris vndas, quoties voluit, sicco perambu-
 lauit vestigio, qui leprosos mundauit, iacentes erexit, dæ-
 mones fugauit, surdis auditum, cæcis visum, claudis gres-
 sum, & mortuis vitam reddidit, à Synagoga persecutū,
 mortuum, positum tandem in hoc sepulchro, cui Princi-
 pes Sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum conuenientes, ne
 Discipuli ad furandum corpus venirent, custodes arma-
 tos adhibuerunt, & sic illud tanquam in carcere vinctum
 tenent. Non enim patieris, vt corpus meum, quod sanctifi-
 casti, corruptionem videat. Exire ergo fac me de hoc car-
 cere, de hac clausura, & obsidione ad confitendum, & cele-
 brandum nomen tuum, vt scilicet infinitas tibi pro tam
 insigni beneficio gratias referam, & confitentes iugiter ti-
 bi pariam. Me etenim expectant iusti, animæ scilicet Pa-
 triarcharum, & Prophetarū in limbo, vt corporibus suis
 vnitæ, mecum gloriose resurgant. Me etiā expectant (iux-
 ta Hieronymum) Apostoli sancti. Nam, ex Hilario, om-
 nium Apostolorum fides vsq. ad Resurrectionis tempus
 fuit trepida, quam in Domino contuentes, expectationis
 suæ securitate firmati sunt. Et hinc illud est, inquit, à Do-
 mino dictum: Tristis est anima mea vsq. ad mortem. Non
 enim ait, propter mortem, quia licet se passioni daret, nō
 tamē virtus aterna dolorem passionis exciperet, sed quia
 Apostolorum metus per humilitatem passionis exortus,
 a deo, vt & firma illa superædificandæ Ecclesiæ petra tre-
 pidaret, post mortem, & resurrectionem Domini in eadē
 trepidatione esse desineret; iccirco vsq. ad mortem tristis
 est, postquam trepidantis fidei essent securitate firmandi.
 Et sic cogitanti mihi, cur Christus Dominus Iohannis 11.
 recencens manifeste discipulis mortē Lazari, inquit: Gau-
 deo propter vos, vt credatis, occurrit statim ille, non mi-
 nus eloquentia sana, quam solida eruditione admirandus
 Chrysologus serm. 63. inquit: Quia in morte, & resur-

Matth. 27

Psal. 15.

D. Hierō.
D. Hilari.

Matth. 26.

Iohan. 11.

rectione

CONCIO DE XPI.

rectione Lazari figura tota mortis, & resurrectionis dominicæ pingebatur, & quod erat sequuturum mox in Domino, iam precedebat in seruo. Et ideo (subdit inferius) mortem Lazari vsque ad quatrduanum tempus protendit, vsq. ad foetorem præualere permittit, vt sic discipuli dubium non haberent, posse Dominum post triduum adhuc recentem surgere, cum seruum vidissent post quatrduanum surgere iam foetentem; & crederent, illum facile posse sibi vitam reddere, qui alium taliter reuocarat ad vitam. Hinc est, ait Chrysologus, quod dicit: Gaudeo propter vos, vt credatis. Me deniq. expectât (prosequitur Christus) reliqui iusti nouissime resurrecturi, sicut scriptum est ad Philippenses cap. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cõfiguratum corpori claritatis suæ. Expectât me scilicet iusti omnes, ò Pater, donec retribuas mihi, quoniam sciunt, non prius se accepturos suam retributionem, nisi vbi ego meam accepero. Ego namq. vt primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium, primam debeo beatæ remunerationis hæreditatem accipere: ac deinde per me, vt primogenitum, & consubstantialem; illi vt adoptiui, suam singuli sunt accepturi gloriam.

Ad Philip
pens. 3.

Apocal. 1.
1. Cor. 2.

David ka
mius.

Kaldæus.

Quod iuxta Hebraicum idioma David Kamius transtulit: Reputant me sibi coronam iusti, cum retribuieris mihi, præcipuam habet intelligentiam, cum de Christo Domino exponitur. In ipso enim, tâquam in Auctore, & prima causa salutis omnium, iusti coronati sunt, suam acceperunt gloriam, & claritatem. Per illius namq. Passionem, mortem, & Resurrectionem sunt & ipsi coronam suæ gloriæ, quam præstolabantur consequuti ad quam sine eo pertinere non poterant, donec suam ipse retributionem accepisset, id est, donec post Passionem, & mortem resurrexisset à mortuis, intrassetque in Patris gloriam. Jonathan Kaldæus, alludens fortasse ad sacrificium illud, quod Hebrai

CONCIO DE XPI.

rectione Lazari figura tota mortis, & resurrectionis dominicæ pingebatur, & quod erat sequuturum mox in Domino, iam præcedebat in seruo. Et ideo (subdit inferius) mortem Lazari vsque ad quatruiduanum tempus protendit, vsq. ad fœtorem præualere permittit, vt sic discipuli dubium non haberent, posse Dominum post triduum adhuc recentem surgere, cum seruum vidissent post quatruiduanum surgere iam fœtentem; & crederent, illum facile posse sibi vitam reddere, qui alium taliter reuocarat ad vitam. Hinc est, ait Chrysologus, quod dicit: Gaudeo propter vos, vt credatis. Me deniq. expectât (prosequitur Christus) reliqui iusti nouissime resurrecturi, sicut scriptum est ad Philippenses cap. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cõfiguratum corpori claritatis suæ. Expectât me scilicet iusti omnes, ô Pater, donec retribuas mihi, quoniam sciunt, non prius se accepturos suam retributionem, nisi vbi ego meam accepero. Ego namq. vt primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium, primam debeo beatæ remunerationis hæreditatem accipere: ac deinde per me, vt primogenitum, & consubstantialem; illi vt adoptiui, suam singuli sunt accepturi gloriam.

Quod iuxta Hebraicum idioma David Kamius transtulit: Reputant me sibi coronam iusti, cum retribuere mihi, præcipuam habet intelligentiam, cum de Christo Domino exponitur. In ipso enim, tâquam in Auctore, & prima causa salutis omnium, iusti coronati sunt, suam acceperunt gloriam, & claritatem. Per illius namq. Passionem, mortem, & Resurrectionem sunt & ipsi coronam suæ gloriæ, quam præstolabantur consequuti ad quam sine eo pertinere non poterant, donec suam ipse retributionem accepisset, id est, donec post Passionem, & mortem resurrexisset à mortuis, intrassetque in Patris gloriam. Jonathan Kaldæus, alludens fortasse ad sacrificium illud, quod Hebrai

Ad Philip
pens. 3.

Apocal. 1.
1. Cor. 2.

David ka
mius.

Kaldæus.

RESURRECTIONE.

ce **לְהוֹדִיא** Thodâh, laudis scilicet, vel confessionis, siue Eucharisticum, idest gratiarum actionis (cuius descriptio Leuitici cap. 7. consulenda) vertit: Ob gratiam mei facient tibi coronam laudis iusti, cū reddideris retributionem bonā mihi. Coronā laudis dixit. Nam Hebræi, iuxta D. Chrysoftomum, in græcis manuscriptis apud Vilelimum Lyndanum, soliti erant in corona stantes Deum in Templo laudare, sicut scriptum est Psalmo 25. Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuū Domine, vt audiam vocem laudis. Et Psalmo sequenti. Circuui, & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis. Voluit igitur Christus Dominus dicere: Iusti, o Pater, cum iubilo, lætitia, & tubarum clangore **הללויה** Hallelu-iah, in cœtu ipsorum concinent, id est, cum ingēti, & summo quodam gaudio in Ecclesiis laudabunt te, cū gloriosus, & tui similis surrexero.

Propter suam tamen reuerentiā, quia scilicet Patri plurimum erat venerabilis, & obseruandus, Christum Dominum fuisse exauditum, ad Hebræos 5. Paulus expresse testatur. Ratione enim cōmuniti sibi Verbi dignus erat, quod non tam ex gratia Patris, quam ob suam dignitatē exaudiretur. Quippe, postquam Iohānis 11. gratias egit Patri, eo quod ipsum audierit, statim subdit: Ego autem sciebā, quia semper me audis. Sed cum nobis quasi loquutus, & vt nos, quæ ipsi hodierna die acciderant, docuisset, collata in se beneficia per Psalmū 29. percurrit, & iugiter ad Patrē gratiarum actiones cōuertit: Domine Deus meus, inquit, clamaui ad te, & sanasti me, idest, Beda venerabili interprete, corpus, quod sauciū passibilitate portauit, immortalitate restituit. Et quomodo sanauerit exponit dicēs: Domine eduxisti ab inferno animam meā; siue, vt ex Archetypo verti potest: Domine ascendere fecisti de sepulchro vitam, siue corpus meum. Id quod in Psalmi calce: Concidisti saccū meum, & accinxisti me lætitia, vt cantet

tibi

Leuit. 7.

D. Chrysoft.

Psal. 25.

Psal. 26.

Hebræ. 5.

Iohan. 11.

Psal. 29.

Beda Ve.

CONCIO DE XPI.

D. Auguf.
fer. vltim.
de tēpore.

Roma. 6.

Incertus
Auſtor,
 qui circū
 fertur 2.
 tom. ope-
 rum D.
 Chryfoſt.
 homi. 30.
 ad caput
 22. Matt.
 D. Chry-
 ſolog. ſer.
 74.
Simile.

tibi gloria mea, & non cōpungar. Dñe Deus meus in æter-
 num confitebor tibi: (Ecce gratiarum actionem.) Accedit
 Auguſt. ſer. illo vltimo de tempore, hæc verba de Chriſti
 corpore occiſſo, & dedicato intelligens. Cōcidifti, inquit,
 ſaccū meū, & accinxifti me lætitia, id eſt, concidiſti mor-
 talitatem meam, & accinxifti me immortalitate, vt cantet
 tibi gloria mea, & non compungar. Quid eſt, non compū-
 gar? Iam contra me non ferat lanceam perſecutor, vt nō
 cōpungar. Chriſtus enim ſurgens ex mortuis iam non mo-
 ritur, & mors illi vltra non dominabitur. Quod autē mor-
 tuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel. Quod autē viuit, viuit
 Deo. Appoſite vero anonymus quidā, apud D. Chryſoſt.
 Nam eſt Chriſtus mortuus ſit, inquit, non tamen mortuū
 in morte credimus, ſed mortē mortuam in ipſo prædica-
 mus. Hinc, iuxta Chryſologū, mors addicitur, quæ in reos
 tēdens incurrit in iudicē, dominata ſeruis exarſit in Dñm,
 ſæuiens in homines proſiliuit in Deum. Merito, inquit, pe-
 rit lex tartari, remota ſunt inferni iura, poteſtas mortis
 ablata eſt, & in pœnam temeritatis ſuſcitauit mortuos co-
 gnitoris iniuria. Euenire quidē ſolet, quod aliquis homo
 vorax ſit nimium edax, qui ſedens ad menſam, de omni-
 bus cibis, qui illi apponuntur, libenter edit: tamen ſi inter
 illos cibos ſit aliquis, quem ſtomachus eius non ferat, ci-
 bus ille in cauſa eſt, quod omnia, quæ deglutierat, euo-
 mat. Mors certe edaciſſima eſt, nimiumque vorax. O
 quanta eſt edacitas mortis! Quot Reges, quot Principes,
 quot mundi potentes faucibus ſuis deglutiuit! Omnes,
 quos adhuc deglutierat mors, mortales erant, & peccato
 obnoxij, & ideo libere potuit illos abſorbere: at degluti-
 uit humanitatem Chriſti, quæ Diuinitati erat vnita, quam
 ſtomachus eius non tulit, cum ab omni peccato eſſet im-
 munis, & ſic fere omnia, quæ abſorbuerat, euomit, & ani-
 mas ſanctorum Patrum in limbo exiſtētium reſtituit. Illa
 ſepulchrorum reſeratio in morte Chriſti, & mortuorum

reſur-

RESURRECTIONE.

resurrectio, quid aliud, quam quidam mortis vomitus fuit? Merito itaque D. Paulus, ex iustorum persona morti insultando Apostrophem facit: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?

Quamuis autem Christus Dominus pro sua fuerit exauditus reuerentia; nec non Paternae erga se benevolentiae ex propria, tum moriendi, tum resurgendi potentia argumentum Iohannis 10. sumpserit dicens: Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me; sed ego pono eam a me ipso; & potestatem habeo ponendi eam; & potestatem habeo iterum sumendi eam. Neque enim, inquit Chrysologus, ab alio resurrectio suscitari, neque viuificari vita potuit, nec eadem negare sibi, quod erat omnibus collatura. Et Ambrosius, lib. de Benedictionibus Patriarcharum cap. 4. Video natum auctoritate propria, video mortuum voluntate propria, video dormientem potestate propria. Qui omnia suo fecit arbitrio, cuius alterius, ut resurgat egebit auxiliis? Ipse igitur (concludit Ambros.) resurrectionis suae auctor est, qui mortis est arbiter. A Patre nihilominus saepe saepius in Scriptura sacra excitatus dicitur. Nam etsi caro Christi mortui, ratione virtutis diuinitatis ipsi vnitae, propria virtute fuerit animae reunita, secundum tamen naturae creatae virtutem non potuerunt iterum vniri, sed oportuit, Christum a Deo Patre suscitari. A Patre, inquam, aeterno, quia Christi resurrectio a mortuis praecipuum est Omnipotentiae Dei argumentum: hoc autem attributum primae personae potius, quam reliquis Trinitatis tribuitur. Vel, quia, ut cum Hilario loquar, etsi potestatem haberet ponendi animam suam, & resumendi: tamen per reuerentiam Filij honorem Paternae maiestatis reseruauit, cum orat: Pater clarifica me; cum proclamat: Deus meus, quare me dereliquisti? In his enim non est infirmitatis suae confessio, sed Paternae virtutis praedicatio.

1. Cor. 15

Iohan. 10.

D. Chry-
solog. ser.
110.

D. Ambr.
lib. de Be-
nedictio-
nibus Pa-
triarchar.
cap. 4.

D. Hilar.
in Ps. 141

Iohan. 17.

Psalm. 21.

CONCIO DE XPI.

D. Grego.
Nazianze.
orat. 42.

D. Ambr.
ler. 52. de
myst. sanc
to Paschæ

Matth. 28

D. Chry-
sol. ser. 75

Lucæ 23.

Amos 8.
Psal. 138

Gaudeamus igitur in Domino, iterum dico gaudeamus, & pro tanti Regis victoria in hac celebritatum celebritate, tanto (ut inquit D. Gregorius Nazianzenus) ceteris omnibus, non solum humanis, & humi de fixis, sed iis etiam, quæ ipsius Christi sunt, ac propter ipsum celebrantur, superiori, quanto Sol stellas antecellit, pia gratiarum actione lætemur. Sicut, & Solem ipsum hac in die lætitiæ signa mundo dedisse, D. Ambrosius testatur: Necessè enim est (inquit ser. 52. de mysterio sancto Paschæ) ut Sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit, & cuius mortem lugubri quâdam caligine est prosequutus, eiusdem vitam nitidioris lucis splendore suscipiat; & tanquam bonus minister, sicut tunc obscuratus est ad exequias sepulturæ, modo coruscet in Resurrectionis obsequium. Quinimo, idem Sol, qui præter horam, ut Domino compateretur, claritate abcesserat, cum resurgit Dominus ante tempus occurrit. Scriptum est enim Matthæi 28. Vespere autem Sabbathi, quæ lucefcit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Video iam diuinum illum Petrum Chrysologum ser. 75. sic mirantem: Quid hic intelligit humanus sensus? Quid hic humana sapit sapientia? Vespera, quæ lucefcit. Vesper finit, non inchoat diem, nec lucem parturit, sed tenebras. Sed hic (inquit) elementorum auctor, elementorum vices mutat, ut in resurrectione Domini totum diuinum sentias, nihil humanum. Resurgente deniq. Christo fidelibus lucefcit vesper, dies infidelibus tenebrescit. Discipulis nox mutatur in diem, Iudæis dies vertitur, & mutatur in noctem. Ab hora, ait, sexta tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsq. ad horam nonam; ut ipsa, quæ tota est meridiana claritas obscuraretur, & illud quod scriptum est impleretur: Occidet illis Sol meridie. Occidet illis, id est, Iudæis nostris autem: Et nox sicut dies illuminabitur. Quia vesper, qui in profundam semper caliginem vergit, tota tunc

Christi

RESURRECTIONE.

Christi tetendit, & erexit in lucem; ac splendore toto, tota mortalium pectora, ab inferis Christo resurgente compleuit.

Quanto itidem potius Ecclesia sacrosancta, festiua, & compta debet hodierna die procedere, suae iucunditatis tunicam induere, & veluti sponsa procedens de thalamo suo, vario se componere, & decorare ornatu. Hæc enim est illa, inquit Ambrosius, caelestium mysteriorum gratia, hoc Paschæ donum, hæc optabilis anni festiuitas, hæc exordia gignentium rerum. Hodie sanctissimus ille Ioseph è carcere eductus, in triumphali curru vniuersam Aegyptum perambulat. Hodie patientissimus ille Iob vulneratus primum, in sterquilino iacens, à propria vxore, & amicis irrisus, postea multo, quam antea ditior factus. Hodie verus ille Moyses à matre in scirpeam fiscellam conclusus, & in aquas fluminis coniectus, à filia Pharaonis nutritus, & ditatus est. Hodie Salsou ille fortissimus intra Gazæ voluas cõclusus, & ab inimicis obsecus, eiusdem Gazæ feras cõfregit, portasq. euellit. Hodie Mardocheus ille sacco, & cilicio exutus, vestibusq. Regis indutus, insignem ex insensu imo aduersario Aman reportauit victoriam. Hodie sanctus Daniel ex leonũ lacu illæsus, incolumisq. eductus, ferocissimarum belluarũ famelica euasit ora. Hodie Ionas de vêtre ceti gloriosus egreditur. Hodie caro Christi (notante Ambrosio) quæ prius quando, vt flos de Virgini illibata vulua processit, floruerat, reffloruit, cū succiso per Iudæos corporis flore, rediuiua de sepulchro resurrectionis gloriæ germinauit. Hodie lapis ille, quem Scribæ, & Pharisei reprobauerunt, apparuit a deo mirabilis, vt nõ solum contexeret ædificium, sed duos etiam parietes, Iudæos scilicet, & Gentes reuinciendo constitutus fuerit in caput anguli. Hodie granum illud frumenti, quod cadens in terra mortuum fuit, multum fructum attulit in resurrectione. Hodie lamina illa aurea, quæ in fornace Passionis

D. Ambr.
tõ. 2. lib.
de myste-
rio Pasch.
cap. vlti.
Gen. 41.
Iob. 2.

Exodi 2.

Iud. 16.

Esther 4.
& 8.

Dan. 14.

Ionæ. 2.

D. Ambr.
ter. 17. de
Dominica
in Albis.

Psal. 117.

Iosa. 12.

ignita

CONCIO DE XPI.

Apocal. 5.

ignita fuit, & inflammata, tandem in vas incorruptibile, splendidissimum, ac denique omnibus suis numeris absolutum erupit, atq. euasit. Hodie tandem dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Quid plura? Hodie Christus qui passus, mortuus & sepultus fuit, uiuit, regnat, permanet Deus, sicut cælum splendor Solis; ita Ecclesiam fulgore pacis illuminans: ita tamen, ut sicut ipse è sepulchro, non obstante morte, quæ ipsum inuaserat; non obstantibus inuolucris, quibus erat obstrictus; non obstante lapide, qui sepulchrum clauderat; non obstantibus sigillis, & repagulis, quibus erat lapis munitus; non obstantibus custodibus, quos Synagoga conduxerat; non obstantibus Phariseis, nec Gentibus, victor egreditur; futurum fit, ut Christi fideles in Orbis extrema hora, non obstante mari, quod quosdam demerserat; non obstantibus flammis, quæ quosdam incenderant; non obstantibus gladiis, qui quosdam minutim discerpserant; non obstante terra, quæ quosdam in puluerem redegerat, incorrupti, & contra mortem victores è sepulchris quoq. resurgant, certi idem sibi à Deo tribuendū, quod Christo tributum conspicerent, claritatem scilicet illam, siue æternæ vitæ felicitatem, qua nihil delectabilius, nihil præstabilius, vel dici, vel excogitari potest, perfruendi.

DIXI.

LAVS DEO.

Doctor Martinez Officiarius